

EXCELLENTISSIMO COMITI
JOHANNI LUCÆ
PALLAVICINO

S. R. CÆS. M.

MARIÆ THERESIÆ
ROMM. IMPERATRICIS,

REGINÆ HUNGARIÆ, BOËMIÆ
&c. &c. &c.

MEDIOLANI DUCIS &c.

A CUBICULO, ET A PENITIORIBUS CONSILIIS,

MANTUANÆ ARCI,

REIQUE TORMENTARIÆ GENERALI PRÆFECTO,

LEGIONIS TRIBUNO,

AUSTRIACAM INSUBRIAM CUM PLENÀ REGIÀ POTESTATE

MODERANTI,

ATQUE PER EAM GENERALI DUCI. &c.

GABRIEL COMES VERRUS

PERENNEM FELICITATEM.



Ihi auspicatissimum fuit hortatu (fallor) jussu Tuo , in quo sapientiæ plurimum auctoritatisque semper inest , VIR EXCELLENTISSIME , aliqua de Jure nostro vel ad hanc usque diem abdita , vel non omnibus obvia , certe

opellam phæno perigulosæ publicæ iudicij
aleæ committo: Eam Tibi sisto si quæ ad
Te summo iure pertinet velati Tuo muta
etenebris educta, Tu in quoque hoc no-
mine eam appellare m'is simile dignum alii-
quid imbecillitas mea consertere potuisse.
Tu, qui legumq. sancti m'niæ, q'rum in
Eustodiâ quies salusque publica contine-
tur, summus lesy index p' Tu qui eas novis
altero Lycurgus, atq. soli secundisti quereres, fa-
cientissimas, nisi invenisses: Tu qui Ro-
manæ R'c'p'ublicæ tem'p'orabat nos devo-
care visus es ob admirabilem civilem pru-
dentiam, quâ res omnes disponis, ob com-
munem incolumitatem, cui diu noctuque
operam impendis gloriofissimam, ob pur-
gatam malis hominibus Provinciam, ob
adjuta bonarum artium studia, ob pu-
blicam ubertatem in maximo Annonæ
discrimine restitutam: Tu qui toties de
hostibus triumphasti, quoties cum eis ma-
num contulisti; tanta est enim militaris
Tua virtus, cujus eximiæ artes admini-
stræ comitesque sunt, ut belli-ne, an-
pacis studiis magis excellas, nobis poste-
risque incertum relinquas; Tu, inquam,
Tu, VIR EXCELLENTISSIME, quòd hæc
scriberem, probasti. Quis iudicio Tuo non

acquiescet? Patere igitur eâ, qua soles
benignitate, ut pauca hæc de origine, &
progressu hodierni Juris nostri Tuò glo-
riosissimo nomini (quod maximo honori
mihi vertenduni est) inscribam; eaque
hilari animo pro comitate Tuâ excipere
ne dedigneris. Interea Superi quamdiu-
tissime Te incolumem servent, non quod
gloriæ Tuæ quidquam accedere jam pos-
sit, sed quod nihil detractum eat nostræ
felicitati.

Dabam Mediol. Kal Junii MDCCXLVII.

pars recuset talē Notarium, ex Ord. Senat. 31. Januarii 1546.
 (c) Jurisdicō Projectorum Caccerorum non reglatur circa rectitudinem, id est iustitiam cause detentionis, sed solum circa tititudinem respiciētem ordinem, solemnitatem, & nullitatem capturarum, ut declaravit Senatus in Ord. 4 Junii 1587. & cum prae dicti Protectores allegassent eorum Senatum, tibi competere auctoritatem cognoscendi etiam de rectitudine capturarum vigore Statutorum Mediolani, & consuetudinis, & penitus hujusmodi cognitionem sibi non auferri, Senatus decretivit, formam hujus Constitutionis esse servandam in Ord. 29. Januarij 1554.
 Cognitio circa tititudinem capturarum spectans hisce Protectoribus procedit solum in causis civilibus, non autem in criminalibus, & exceptiones tititudinis capturarum non tolluntur per Senatum, ex ejus Ord. 25. Januarii 1580. § Non tollantur. & 21 Augusti 1616. § sed
 Prædicta cognitione ad Protectores non spectat privative, sed cumulative cum aliis Judicibus Ordinariis, inter quos, ac Protectores locus est præventioni, & prævenisse intelligitur Index Ordinarius etiam eo casu, quo constaret de tali nullitate exceptione ante decretam capturam cognovisse, ut declaravit Senatus in Ord. 4. Junii 1587.

DE OFFICIO JUDICIS, ET COMMISSARII
 FLUMINIS OLONÆ, ET PERTINENTIUM
 AD IPSUM OFFICIUM.

Commisarius Fluminis Olonæ (a) ultra biennium officium exercere non possit: & antequād de officio se intromittat, apud Acta Magistratus Extraordinarii jurare teneatur, & idoneē fidejubere (b) ad summam ducentum aureorum, & se bona fide officium exercitūrum, Ordines servaturum, & syndicatu (c) paritūrum.

Nec possit memoratus Commissarius directe, nec per indirectum, ab habentibus jus in Flumine Olonæ, nec eorum Parciariis, vel Conductoribus etiam sponte dare volentibus, quicquād accipere, nec esculentum, poculentumve: sed contentus sit annuo salario (d), quod aureorum centum & viginti erit, modo, de quo infra, persolvendo; alias officio privetur, aliaque poenā mulctetur, arbitrio Senatus imponendā.

Is quoque Commissarius, si in rem præsentem accesserit, ab aliquo Utēnie aquis Fuminis pædicti conductus, vel pro visitanda, vel moderanda Bucca, aut collaudandis pratis juxta Ordines (e), à Conducente, præter solidos 50. (f) singula die nihil ulterius exigit, sub poena præmissa.

Condemnare (g) autem debet Ordinibus contrafacentes ad eorum Ordinum formam, adhibitis tamen duobus Fisca libus (h) deputatis, vel altero eorum, procedendo summarie, sine strepitu, & figura Judicii, etiam ad petitionem cuiuslibet accusantis aliquem Ordinibus contrafecisse, & condemnare, ut supra, si delatio probata fuerit per juramentum Accusatoris legitimè, & per unum Testem fide dignum; alias absolvere teneatur.

In primordio quoque officii Flumen ipsum visitabit (i), cùcabitque quod omnes buccæ ad formam Ordinum reducantur.

Quod

DE OFF. JUD. ET COMMISS. OLONÆ LIBV.

Quod si negligens fuerit, etiam durante officio, syndicari, & puniri possit, inspecta qualitate facti, poenâ arbitrio Senatoris ad id deputandi, imponendâ.

Eliganturque per Consules Molitorum, seu ipsos Molitores à Rhaude inclusivè infra, unus; à Rhaude verò usque ad Nervianum exclusivè alter, ut supra, qui tamen non habeant prata super flumina Olonæ, nec utantur aquis ejusdem, nec sint Conductores, inquilini, seu pensionantes ipsorum Utentium, nec sint Agnati, vel attinentes alicujus, qui utatur aquâ dicti fluminis, usque ad tertium gradum, qui per Vicarium Provisionum approbentur, jurentque (1), & apud Acta Magistratus Extraordinarii etiam idoneè fidejubebant usque ad summam aureorum decem, quod officium suum bona fide exercebunt, Ordines observabunt, contrafacentes denuntiabunt, contentique erunt, salario mensuuo aureorum duorum, quod super condemnationibus faciendis persolvetur, nec quicquam aliud accipient, nec etiam esculentum, poculentumve, etiam à dare sponte volentibus, nec aliquem falsè accusabunt, vel accusandum prætermittent, sub fustigationis poena, & aliâ arbitrio Senatus imponendâ. Credaturque accusationi unius ex Camparijs predictis cum juramento.

Eligatur etiam per Vicarium, & Duodecim Provisionum Notarius probus, & legalis, apud dictum Commissarium, qui par modo apud Vicarii Acta jurabit officium suum bona fide facturum.

Deputabit Senatus (m) unum Senatorem, cui Commissarius, & Notarius, bis in anno, & ultra, ad omnem ejus Senatoris requisitionem teneantur rationem reddere gestorum in officio, sub poena privationis officii, & aliâ arbitrio Senatus imponendâ. Senatorque deputandus omnino bis in anno acta per Commissarium, Notarium, & Camparios intelligat: faciatque quod contenta in hac nova Sanctione obseruentur.

Cæterum, si quis reclamare, & querelam porrigeret contra aliquam condemnationem per Commissarium factam, voluerit, id facere possit apud Senatorem deputandum intra quartiduum post factam condemnationem, condemnato prævia citatione per remptoria, & specificè monito. Senatorque ad id deputatus summiè videat causas gravaminum, & Senatu referat, qui attenta qualitate casus, providebit, prout conveniens putaverit. Interim tamen condemnationes ad Cameram non transmittantur, nec exigantur. Quod si non curaverit cum effectu termino quindecim dierum causam expediri, non impediatur condemnationis executio.

Alveus Fluminis Olonæ à loco de Cerciate, usque ad locum de Castignate reducatur in formam, quod latius sit ad minus per brachia duodecim, ad brachium lignaminis, eaque alvei ampliatio fiat ab ea parte, quæ ipsi Commissario videbitur: &